









CONCLUSIONES

Ex Materia

DE

EXCEPTIONIBUS  
IN SPECIE,

*Quas Occasione*

Tit. 2. 3. 4. 5. & 6. Lib. XLIV. Dig.

AUXILIANTE DIVINA CLEMENTIA

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPE AC  
DOMINO, DOMINO

LUDOVICO,

Duce Würtembergiæ ac Tecciæ,

Comite Montisbelgardi, Domino  
in Heidenheim &c.

UNIVERSITATIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PRÆSIDE

DN. BURCKHARDO BARDILI,

U. J. D. & Pandect. Prof. Publ.

*Ad Diem April.*

Publicæ disquisitioni proponit

CHRISTIANUS FRIDERICUS Jäger,  
Stuttgardianus.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO. M. DC. LXXVI.

1676, 2.

2



CONCILIUM  
EXPERTIOMIBUS  
IN SPECIE

P A R E N T I  
O U S  
O P T I M O

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

DR. BRUCKHARDT BARDINI

CHRISTIANUS LEONARDUS

ANNO DOMINI 1771

WILHELMUS DE BERTH







THESIS I.

**M**aritus uxoris nomine agit in Judicio, sed succumbit, quæritur, an hæc Sententia quoad Uxorem transeat in rem Judicatam? quod negatur.

*l. 1. C. quibus res judicat. non noc. Zang. de Except. c. 17. p. 3. Brunnem, ad d. l. 1.*

II.

Sententia lata contra Tutorem, præjudicat pupillo, (a) sed non vice versa (b)

*a) l. 4. ff. de Exc. Rei Judicat. Brunnem, ibid. n. 2.*

*b) d. l. 4.*

III.

Unus ex legatariis petit legatum sibi testamentò relictum, nec obtinuit, putà, quòd ruptum, aut in irritum deductum dicatur testamentum, quæritur, an id cæteris noceat legatariis? Non nocet.

*l. 1. ff. de Except. rei Jud. arg. tot. tit. C. inter al. act. Et eorum, que tradit Mæv. part. 5. dec. 149.*

IV.

Ad præscriptionem actionis de Jure Civili bonam fidem non requiri, certo certius est, (a) quod

A 2

nec



nec Jure Canonico mutatum censemus, quicquid etiam dicant alii. (b)

a) *arg. l. 3. C. de praescript. 30. v. 40. Ann. l. 1. C. de Ann. Exc.*

b) *Brunnem. ad l. 11. ff. de div. & temp. praescript. Christ. vol. 4. d. 84. num. 2. Merlin. d. pign. q. 21. num. 12.*

## V.

Præscriptionis Exceptionem, Judicem supplere non posse, aliqui scribunt (a) sed ab hac Sententia non immeritò alii recedunt.

a) *Brunnemann. ad d. l. 11. de div. & temp. praescript. in fin.*

b) *Carpzov. Jur. For. part. 1. const. 25. d. 1. 2. Mæv. p. 7. d. 182.*

## VI.

In præscriptione actionum personalium tempus computari naturaliter, in realium verò actionum præscriptione civiliter: ex collatione textuum discrepantium (a) concludunt nonnulli; (b) sed annon hoc dissidium distinctione inter præscriptionem rerum, & actionum, componi possit, tentabimus.

a) *l. 15. ff. de div. & temp. praescript. in med. l. 6. ff. de Oblig. & A.*

b) *Anton. Pichard. ad princ. Inst. de perpet. ac temp. act. num. 27. Brun. ad l. 6. ff. de O. & A.*

## VII.

Doli Exceptio generalis locum habet, quoties  
causa



causa debendi non est obligationi inserta, (a) aut falsa apprehenditur, (b) quam Exceptionem in ipsa quoque executione opponi posse statuunt (c) nisi aliunde possit probari (d) vel plures sint rei debendi &c. (e)

a) *l. 2. §. 7. ff. de dol. except. ubi Brunnem. l. 25. ff. de probat.*

b) *Mæv. part. 4. d. 372.*

c) *Brunn. ad l. 2. §. 3. ff. de Dol. exc. num. 6. Mæv. p. 2. dec. 311.*

d) *Brunn. ad l. 2. §. 3. d. 2. num. 5.*

e) *Brunn. d. l. num. 8.*

### VIII.

Simulationis Exceptio locum habet, quantumvis eam allegans simulationis sit particeps, (a) nec non, si in fraudem tertii simulatum sit, non ipsi solum tertio, sed etiam contrahentibus datur. (b)

a) *arg. ut plus valere quod agitur, ubi Dd.*

b) *Anton. Fab. in Cod. lib. 4. Tit. 17. d. 2. vid. Farinac. de Simulat. q. 102. num. 47.*

### IX.

Simulationem in scriptis factam, alio modo, quam instrumentis probari non posse, nonnulli putant (a) sed verius est, nihil interesse, testibus an instrumento ea probetur. (b)

a) *vid. Joh. Sichard. ad l. 6. C. de probat. num. 4.*

b) *arg. l. 15. C. de fid. Instr. c. cum Johannes X. eod. Kirchov. conf. 28. num. 23. Farinac. de simul. q. 102. num. 121.*



## X.

Simulationis Exceptioni in instrumento renunciari non potest, nisi ex intervallo hoc factum.

*arg. l. f. C. de N. N. P. Brunn. ad l. 2. C. de his quæ vi met. in f. Farinac. de Falsitat. & simul. q. 162. num. 56. Roman. cons. 304. num. 4.*

## XI.

Militiæ Dux, Civitati contributionem imponit, quæ cum paratam non haberet pecuniam, super illo debito instrumentum conficit: Quæritur, pace mox subsequuta, an debitum solvere cogatur, an verò Civitas Exceptione vis & metus sese defendere possit?

Prius affirmandum.

*Per ea quæ tradunt Brunn. ad l. 22. ff. quod met. caus. n. 3. Mæv. part. 2. decis. 24.*

## XII.

Exceptio vis & metus non rectè opponitur, quando magistratus aut Judex sub metu executionis Judicialis aliquid (a) etiam contra Juris ordinem decernit. (b)

a) *vid. l. ult. ff. l. ult. C. de his quæ vi metusve caus. ubi Brunn. Mæv. part. 2. d. 41.*

b) *arg. l. 2. l. f. C. Sent. rescind. non deb. Brunn. Mæv. dd. ll.*

## XIII.

Non competentis actionis Exceptio ceu peremptoria (a) & litis ingressum impediens (b) locum habet



habet non solum, si nulla competit actio, sed etiam, si competit quidem actio, sed actori Jus agendi competit nullum. (c)

- a) Anton. Fab. *lib. 8. Cod. Tit. 24. def. 39. n. 11.*
- b) Christ. Phil. Richt. *vol. 1. consil. p. 3. cap. 10. num. 3. Zang. de Except. c. 20. p. 3. num. 1. Mæv. part. 1. dec. 203. in fin.*
- c) *l. 4. §. 7 ff. si serv. vind. ubi Brunn. Casp. Klock. vol. 1. cons. 29. Mæv. part. 4. d. 284. part. 1. d. 203.*

#### XIV.

Litigiosa res non fit, quando instituta est actio personalis (a) ad rem quantumvis in specie tradendam: (b) nec ubi personalis in rem scripta mota est actio; (c) aut hypothecaria: (d) confessoria (e) Aliud tamen dicendum in petitione hereditatis, (f) familiae erciscundae (g) finium regundorum (h) communi dividundo Judicio. (i)

- a) *arg. N. 112. c. 1. Auth. Litigiosa C. de Litigios.*
- b) *Carpzov. Jur. For. part. 1. c. 32. d. 23. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 40. num. 7. Frantzk. lib. 1. Res. 11. num. 29.*
- c) *Brunn. ad Auth. Litigiosa C. de Litig.*
- d) *Brunn. ad l. 3. ff. de Litig. Mæv. part. 5. d. 326.*
- e) *Frantzk. lib. 1. Res 11. Brunn. d. Auth.*
- f) *arg. eorum quae tradit Bachov. de Act. disp. th. 16. Arnold. Vinn. §. 11. l. de R. D. num. 1.*
- g) *arg. l. 13. ff. fam. etc.*
- h) *arg. l. 1 ff. fin. regund.*
- i) *Frantzk. lib. 1. resol. 11. num. 52.*

#### XV. Quan-



## XV.

Quando actio Litigiosa est alienata, non transfer-  
tur in eum, in quem est alienata lis, (a) quamvis i-  
pse Judicium suscipere sit paratus (b) sed lis coepta  
nihilominus inter eosdem peragitur, inter quos coe-  
pta est. (c)

a) l. 2. C. de Litigios.

b) arg. l. 13. §. 14. de petit. hered. Mæv. part. 4. d. 104.

c) d. l. 2.

## XVI.

Lis est alteri vendita sive cessa, cessionarius per-  
specta litis sibi motæ difficultate, tædiô istius abstinet,  
& cedenti litem retrocedit, Quær. an hoc facere pos-  
sit? Id verò affirmandum.

*Per ea quæ tradit Mæv. p. 4. d. 304.*


F I N I S.













(X225 7024)

ULB Halle 3  
006 682 227



VDA7











B.I.G.

Farbkarte #13

IONES  
 ONIBUS  
 CIE,  
 b. XLIV. Dig.  
 A CLEMENTIA  
 SIMO PRINCIPE AC  
 OMINO  
 VICO,  
 giæ ac Tecciaæ,  
 ardi, Domino  
 m &c.  
 T A T T S  
 ICENTISSIMO  
 D E  
 DO BARDILI,  
 .Prof. Publ.  
*April.*  
 i proponit  
 ERICUS Jäger/  
 nus.  
 F Æ,  
 NRICI REISI,  
 XXVI.

1676, 2.

2

